



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

VI. Qui clerici vel voventes matrimonium contrabere non possunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

VI. *Qui clerici vel uoventes matrimonium contrahere non possunt.*

Qvintum vitium est, si clericus, aut qui castitatem vovit, matrimonium trahet. In utroque tamen adhibetur cautio. Nam clericis, qui sunt in maioribus ordinibus constituti, continentia imperatur, & matrimonium interdicitur: qui vero sunt in minoribus ordinibus positi, recte matrimonium contrahunt. *dist. 27. & 32.* sic tamen, ut non solum superiores ordines adspirare nequeant, sed si quæ beneficia obtineant, iis priventur. *de cleric. conjug. c. 1. 3. & pen.* Item solemnis emissio impedit matrimonium contrahendum, ac dirimit contractum: votum autem simplex impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum: tamen, qui matrimonium contraherent, votum simplex irritum, poenitentia imponitur. *c. 3. & sequentibus.*

VI. *De eo qui duxit in matrimonium, qui polluit per adulterium.*

Sextum vitium est, si quis eam uxorem accipiat, cum qua adulterium commiserit. Hoc casu matrimonium jure civili irritum non valet. *D. de reb. dub. l. Claudius. Nov. 134. cap. 12.* sed jure Pontificio